



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Historia Missionis Anglicanæ Societatis Iesv**

**More, Henry**

**Avdomari, 1660**

Catholici Regibus fidi. Ibidem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38320**

his crimina affingentes, illi Necromantiae, huic incontinentiae, alijs seditionis concitate, aut lecretæ cum hostibus per literas communicationis, vt suam Religio ipsi dissimularent iniuriæ turpitudinem, populum in Sanctos inculpatosque viros inuidiæ fictorum scelerum inflammarent; eundem proflus modum te-<sup>1635.</sup>  
nuisse hos nostros Religionis deformatores, Magistratum, inquam, Angliae Hæreticum. Lege primum sanxerunt præcipios Catholice Religionis Actus in Lætæ Majestatis criminibus esse ponendos (vt sacræ Ordinibus ritu Catholico fuisse inauguratum & in Angliam reuertisse, vt Sacerdotem domo recipisse, vt ab hæresi vel absoluisse, vel esse absolutum, vt sua si se cum Romana Ecclesia reconciliationem, & Pontificem summum agnouisse cum potestate Primate) Tum si quem reum horum cuiuslibet peregissent, id non simpliciter in Accusationis forma describebant, sed adiunctis seditionis, & turbatæ pacis publicæ vocabulis, criminib[us]que, vt quoniam etiam post sanctitas fædum videbatur his solis de causis quemquam appellare, (quando Sacerdotes Catholici vbiq[ue] terrarum esent in honore & veneratione, & nemo sit qui à peccatis absolvi non desideret, aut Pontificem non agnoscat Superiorum) miscendarum rerum & turbulentiarum nominibus intertextis, populi cogitationem auerterent à vera Religionis solaque Causa; Sæpe etiam machinatæ Regum necis insimulabant, cùm neque testes subornati id possent, neque vellet disertis verbis affirmare, & qui accusabantur conspiracie nunquam se antea vidissent quā simul in iudicium producerentur; Atrocia vero hæc crimina ferè semper dilui condonarique potuissent uno ingressu hæretici templi, vna cum hæretico Ministro conferendi causa congreßione. Quis autem seditiosus nebulo, aut cruentus sicarius (quales apud vulgus singunt Catholici esse Sacerdotes) vllibi gemitum tam facilem obtinet condonationem? iam verò Regibus fidelissimi. quoniam de fidelitate suspicionem faciebant, tum Elizabethâ, tum Iacobo & Carolo regnab[us]. Quis Catolo Regi in ea necessitate fidelior in quam posse regni annis coniectus est, quā fuere Catholici? qui aut omnes sunt illum secuti, aut quia coronæ hostibus non adhaesere, vexati, reipla commonstrantes cùm Iusserandum (quod vocant fidelitatis) tam constanter respuerunt non fuisse illud Infidelitatis argumentum, sed Religionis, quando idem qui fortunis omnibus & gratiâ excidere maluerunt quā id iusserandum iurare, fortunas omnes vitamque eidem Regi tuendo conseruandoque profuderunt. Quo in obsequio fuere etiam Sacerdotes complures, non minus alas ad Ius Regium retinendum quā si à tot retro regibus non Carceres, non tormenta, non Cruces paratae essent, sed permagna munerum beneficia, atque amplissima præmia.

XX XIV. Ere autem fuit hæretorum istorum neminem palam plectere solius Catholicæ Regionis causâ, tum nè Catholicos undequa-<sup>Ere esse hæreticos</sup>rum aliquam que Principes irritarent; tum quia nulla lege antiqua in eos agere potuissent;<sup>rum aliam persecutio.</sup> Nimis etiam fuisset absurdum & absolum id criminis perpetuò vertere quod nisi causam Sanctissimis viris toto orbe terrarum in fide est & usu quotidiano; ac deinde prætexere quam Religionis